

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7285

**Autre(s) référence(s) :** Round 32

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Gautier de Coutances [clerc]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1180-1182]

**Lieu d'émission :** Windsor

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation à maître Gautier de Coutances de la maison de Raoul Fils d'Étienne, sise à Rouen, au-dessus du Grand Pont, qu'il avait achetée par devant la justice de la commune de Rouen.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Introduction, Paris, Imprimerie nationale, 1909, p. 268, col. 1 (édition partielle).
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCVI, t. 2, p. 208-210.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 32.

## Dissertation critique

« Sans doute avril 1180 » : Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 208.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem. Sciatis me, ad petitionem Bernardi Cumin et Hawise uxoris sue et Willelmi filii sui primogeniti et aliorum liberorum suorum, et Radulfi de Sancto Amando, heredum Radulfi Filii Stephani, concessisse et presenti carta mea confirmasse magistro Waltero de Constanciis, clerico meo, domum que fuit Radulfi Filii Stephani in Rothomago super Grandem Pontem, cum gardino et toto purprisio et omnibus pertinentiis suis, quam ipse magister Walterius emit ab eis coram justiciis meis et communia Rothomagi. Confirmo etiam ei domum Iboldi de Grandi Ponte, cum

virgulto ejusdem domus, predicte domui adjacente, quam prefatus Bernardus et uxor sua et liberi ejus emptione sua possidebant eidemque magistro Waltero vendiderunt. Bernardus autem Cumin et uxor sua et filii ejus pro parte domus prefati Radulfi filii Stephani que eos contingebat, et pro domo Iboldi et virgulto ei adjacente, receperunt a magistro Waltero septies XX. libras Andegavensium et palefridum unum. Radulfus vero de Sancto Amando, pro parte supradicte domus prenominati Radulfi Filii Stephani, que eum contingebat, centum libras Andegavensium recepit. Preterea magister Walterus adquietavit prefatam domum Radulfi Filii Stephani versus Emmam, que fuerat uxor ipsius Radulfi, de X. marcis auri, quas super eandem domum habebat de dote sua. Abjuraverunt autem omnes prefati venditores magistro Waltero et heredibus suis domos et mansiones illas cum virgultis et omnibus pertinentiis suis absque reclamacione aliqua in perpetuum de se et de heredibus suis. Juraverunt etiam quod si quis magistrum Walterum vel heredes suos super his vexare voluerit, ipsi cum eo pro posse suo stabunt et predicta omnia ei sine dolo et malo ingenio absque suum mittere garantizabunt. Quare volo et firmiter precipio quod predictus magister Walterus de Constanciis clericus meus et heredes sui omnia predicta salvo servitio meo et dominorum feodi habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut aliquis ea unquam melius et liberius tenuit.

Testibus : Ricardo Wintoniensi, Gaufrido Eliensi episcopis, Willelmo de Humetis constabulario, Rogero le Bigot, Stephano de Toronis senescallo Andegavie, Rannulfo de Glanvilla, Gaufrido de Pertica, Saihero de Quinci, Rogero de Stutevilla, Michaele Belet, Willelmo de Bendeng[is].

Apud Windesor.